



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

140. An si iudex secundùm allegata iustè cogat admatrimonium, licet à parte rei illa coactio sit iniusta, adhuc tamen matrimonium iliud sit validum? Ex p. 9. tr. 8 & Misc. 3. ref. 26. p. 415.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# De Sacram. Matrim. Réf. CXXXIX &c. 415

ge iustè incutitur, ac iniustè: ergo, sicut metus iniustè incussum matrimonium vitiat, eodem pacto illud vi- tiabit metus iustè à lege oblatus.

2. Scio tamen, præ datum Sanchez cum aliis res pondere, solum metum, & coactionem injuriosam tollere plenariam libertatem ad matrimonij valorem necessarium: & ideo ad argumentum negar rationis paritatem, quia metus à lege iustè incusus est metus ab intrinseco præconceptus in ipso perpetrato delicto, atque adeò metum passo nulla irrogat iniuria. Vnde asserit, quod si Iudex delinquenti ad mortem condemnato liberationem offerat, si nubat filia sua, alioquin infallibiliter mortem for subi- rum; matrimonium esse validum. Sed contrarium dicendum est: quia, licet Iudex ius habeat puniendo delinquentem, & penam mortis infligendi iuxta te- norem legis, & ipse reus ob perpetrata scelerata, lata contra eum sententia, illam pati teneatur: at non haber ius cogendi illum ad matrimonium cum filia sui ineundum, & ideo metus ille, respectu matrimonij extorquendu, ab extinseco est, tollens prorsus libertatem necessariam ad valorem matrimonij.

3. Dices cum Sanchez: Si dux militi atrox cri- men perpetranti offerat libertatem, si filiam eius, aut sororem ducat, aut si contrahat cum tali feminâ, neque infert metum, neque causam metus dedit, sed solum offert metu iam iustè præconceptum, & vice prius exposci matrimoniumcum legi iustitia non teneat militi suam operari, & liberationem præ- stare: ergo matrimonium ita ex metu isto initum est validum, cum sit metus ab intrinseco, imd est abla- tio metus, quem iustè ex delicto perpetrato miles conceperat. Respondeatur, nihil argumentum pro- bate, & ex dictis manere solutum: nam, quamvis Dux possit punire militem, & miles teneatur subire punitionem, & penam; non tamen potest compelle illum, vt filia sua nubat, neque matrimonium oblatum collocatur vice pretij liberationis, vt male opinatur Sanchez: quia est alterius generis, & ratio- nis, in genere matrimonij: nam ad Duxem, vel Iu- dicem solum specat infligere penam, & punire de- liatum causa comprobata, & sententia lata; non vero cogere voluntatem ad matrimonium contrahendu, ad quod requiritur maxima in contrahente li- bertas, cuius Iudex non est Dominus. ] Hucusque Texeda contra Sanchez.

4. Sed opinionem Sanchez puto satis probabi- lem, quam tueri nouissime Pater Perez de matrim. diff. 17. scđ. 16. num. 6. & sequent. quem videbis. Et ideo ego puto contra Texedam cum Sanchez, quod si Iudex capto iustè, mortemque timenti, vita con- donationem promittat, si ducat ipsius Iudicis filiam, aut aliam feminam, alioquin ei mortem iustè infi- rendam committetur, valere matrimonium. Et ratio est: quia eo euenti metus non iniicitur ad matrimonium ineundum; sed iam conceptus auferatur, traditurque modus evadendi periculum: vnde, si iura eo casu illud irritarent, periclitanti omnem viam salutis praeluderent, cum tamen intendant ei succurrere. Vnde, licet demus, eo casu Iudicem non iustè pro- cedere in ea promissione, quin fiat vila delicti com- pensatio: atramen, cum metum patienti præbeat modum, quo possit vita periculum effugere, quod aliter, quam contrahendo matrimonium nequiri- tare; ideo valebit matrimonium. Vnde ex his infero primò, validam esse Professionem, dum vir minatur vxori in adulterio repente mortem, nisi Religionem profiteatur, quando minatur mortem autoritate Iudicis infligendam, quia est metus ex iusta lege, & causa incusus: fecis vero si minaretur propria au- thoritate morte illi infligendam, non enim valeret;

quia iniustè illi metus incuteretur. Secundò, si quis minoret reo, v. g. latroni iustum accusationem, nisi certum contrahat matrimonium, id valere: quia non est metus viri constantis ab alio incusus iniustè.

5. Verum hinc obiter obseruo, controveriam Sup. hoc sa- esse, an, quando cogens fuit pariceps culpa metus pra lego do- alteri illati maneat obligatus ad non resiliendum, & trina Ref. teneatur postea contrahere cum coacto, si velit. Affir- 137. per ro- mant cum multis Doctoribus Basilius Pontius lib. 4. cap. 15. & Coninch diff. 18. d. b. 1. num. 7. Primò, quia cogens intulit iniuriam coacto, quam resarciri tenetur, & nequit aliter, quam stando contractui matrimoniali, si coactus velit: ergo ad id tenetur. Firmatur: quia ad id non est necessaria Iudicis sententia, cum ex iniuria illata nascatur naturalis obligatio reparandi; & ideo ante omnem Iudicis sententiam ea obligatio tenetur.

6. Mihi vero magis placet opinio negativa, quam ruetur Sanchez lib. 4. diff. 15. num. 5. Ochagavia de Sacram. matrim. tract. 3. quest. 30. & Hurtadus diff. 6. diff. 4. num. 26. Quia non tenetur cogens in penam iniuria coactione illata, quia nullo iure talis pena statuta est: neque tenetur, ut eam iniuriari resarciat; quia seclusus alii damnum extrinsecis inde sequitur, iniuria illa ratione sui non exigit recompensationem, (aut saltu non exigit tantum) ino ex sua natura non est resarcibilis; neque tenetur ex eo, quod consensu præbuit, quia ex consensu præstito in contractu mutuo non manet quis obligatus, nisi quando alter triam obligatur: in nostro autem casu coactus non obligatur: ergo neque qui ad matrimonium cogit, manet obligatus ad denudum contrahendum, nisi quando ex matrimonio coactus sequuntur est aliud damnum extrinsecum, quod neque aliter resarciri, & est adeò graue, ut ob eius recompensationem non judicetur rigidum ad tantum obligari.

## RESOL. CXL.

An si index secundum allegata iuste cogat ad matrimoniū, licet à parte rei illa coactio si iniusta, ad- bui tamen matrimonium illud sit validum? Ex part. 9. tr. 8. & Msc. 3. Ref. 26.

6. 1. **A**ffirmatiuē responder Sanchez to. 1. lib. 4. Sup. hoc in diff. 13. num. 8. vbi sic ait: Adierto, non Res. seq. 5. tantum valere matrimonium, quando Iudex iustè reuerā, & à parte rei compellit ad illud; sed etiam vt. à medio nunc. quando iustè secundum allegata, & probata: v. g. aliquis fidem dedit de matrimonio feminæ, quæ postea fornicata est, quod eum probare nequeat, sponsus compellitur illâ ducere, quamvis secundum rem hac compulso sit iniusta, cum ille, ratione fornicationis, esset ab obligatione sponsalium liberatus: quia tamen est iuridica, & iusta, secundum allegata, & probata non vieta matrimonii: non enim est credendum, ius canonicum, quod in hoc casu compelli præscribit, velle, vt ea compulsione matrimonium irrilevit. Et contra inrelinquo non valere, si Index iniustè secundum allegata cogat, quamvis in re iustum esset: quia est iniuria. Ita ille.

2. Sed aduersus illum insurgit Texeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 10. num. 41. & putat tale matrimonium sic initum, esse nullum. Primò, quia huiusmodi sponsus secundum rei veritatem, iniustè compellitur, cum ratione fornicationis sponsa liber omnino sit re ipsa ab obligatione contra- hendi: ergo, si contrahit, coactus contrahit; & coac- tio illa in interiori conscientia foro extrinseca est, tollens ab illo libertatem. Secundò, quia metus ille est ab extrinseco illatus, & re ipsa iniustus, cum sponsus innocens nullo modo dederit causam co-

M m 4 Gionis

etioni. Tertid , quia matrimonium illud ex parte sponsi est initium absque consensu eius: ergo est ipso facto nullum. Ad rationem autem pro Sanchez ad ductam , responderetur, quod licet iuste Iudec secundum allegata, & probata compellat sponsum, ut matrimonium contrahat, quia promisit illud, et tamen ipsa , & in foro conscientiae matrimonium nullum est : quia procedit ex meo extrinseco, & absque consensu contraheantur.

3. At , his non obstantibus , opinionem Partis Sanchez sequitur Martinus Perez de matrim. diff. 7. sect. 16. num. 5. firmans , non solum valere matrimonium , quando Iudec te ipsa , & verè compellit ad matrimonium , sed etiam quando iuste secundum allegata, & probata, tametsi secundum rem , & à parte rei sit ea compulsione iniusta. Ratio est, quia nullam facit alteri iniuriam ; & contra verò , si Iudec iniuste secundum allegata , & probata compelleret, quamvis in re iustum esset , non valerer matrimonium , quia est iniuria.

## RESOL. CXLI.

*An si quis ex meo cogatur matrimonium contrahere licet in genere, si postea contrahat, matrimonium sit validum?*

*Et notatur matrimonium ex graui metu contractum esse nullum non solum ex iure Ecclesiastico, sed etiam in specie iure naturali?*

*Et adseritur ea, quia dicta sunt, locum habere in constitutione Procuratoris ad matrimonium: nam si ex graui metu sit, erit nulla iure naturali, & postea, & per consequens matrimonium nullum?*

*Et docetur, quod si Parentes cogerent filios ad matrimonium ineundum, non incurverent in excommunicationem latam in Concilio Tridentino sect. 24. cap. 9. de matrimonio?*

*Et tandem nota, quod matrimonium erit validum, si iudec cogat iuste matrimonium contrahere secundum allegata, & probata, ininsto tamen secundum rem, ut si cogat aliquem contrahere cum fæmina post promissionem fornicante?* Ex part. 4. tr. 4. & Msc. Ref. 33.

§. 1. Negatiū videtur respondendum ex sententia Azorij tom. I. lib. 1. cap. 11. quest. 11. Ioannis Lupi in cap. per vestras , de donat. inter virum & uxorem, notab. 3. §. 11. num. 1. Abbatis, Felini, Imola, Iasonis, & aliorum, quos affer Couarruicias in 4. Decret. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 8. assertentes, quod si quis ex meo cogitare contrahere matrimonium cum aliqua ex filiabus Pauli, matrimonium tenet, quia in tali casu nulla adeo coactio circa electionem illius fæminæ, sed circa electionem absolutæ.

2. Sed ego magis probabiliter puto in tali casu matrimonium esse nullum, quia ut matrimonium sit liberum , non sufficit electio huius, vel illius persona, sed requiritur ut electio talis status liberè plena sit, & non coacta, vt rectè docet & obseruat Caltrus Palauis in opere moral. tom. I. tract. 2. diff. 1. punt. 9. num. 9. ad 1. arg. & ideo affirmatiū sententiam contra doctores citatos in casu illius matrimonij ex meo contracti docet Salasin 1. 2. tract. 3. diff. 3. sect. 1. num. 27. Rebellius part. 2. lib. 2. quest. 11. sect. 1. n. 11. Sanchez de matrim. tom. I. lib. 4. diff. 12. num. 20. & nouissimè Basilius Pontius de matrim. lib. 4. cap. 14. num. 14. vbi rectè obseruat, quod non obstat si aliqui consuetudine induxitum sit, ut aliqui non contraheant, nisi cum aliqua ex certo genere, vel etiam lege induci possit: nam ea consuetudine, aut lege nulla vis infertur, cum possit non nubere; & præterea lex illa,

vel consuetudo acceptata est voluntate & monachorum, & cùm iusta sit, non infertur vis ad contrahendum. Ergo, &c.

3. Norandum est etiam hic obiter contra Sanchez de matrim. lib. 4. diff. 14. num. 2. Azorium rem. 1. lib. 1. cap. 11. quest. 6. Coninch de Sacram. diff. 1. dub. 1. conclus. 5. & alios penes ipsos, matrimonium, ex graui metu initum esse nullum, non solum, ut docet citati Doctores afferunt, de iure Ecclesiastico, sed etiam inspecto iure naturali, acie idem non tantum in Ecclesia, sed etiam extra Ecclesiam matrimonium esse nullum dicendum est, si ex meo graui iniuste illato celebratum sit; & ita docet Pontius deo ciato n. 4. Comitus in respon. moral. lib. 4. quest. 12. 1. Scotus in 4. diff. 29. quest. 1. art. 1. Rebello. part. 2. lib. 2. quest. 11. sect. 1. coni. 1. 2. & ante omnes omnium Magister D. Thom. in 4. diff. 29. quest. 1. art. 3. quest. 1. in corp. & alij.

4. Nota etiam ea, que dicta sunt, locum habere in constitutione Procuratoris ad matrimonium, nam si ex meo graui fiat, erit nulla iure naturali, & postea, & per consequens matrimonium nullum, ut obseruat Pontius loco citato, num. 16. & latebant viri doctissimi in allegatione quam impedit penes me habeo art. 2. fol. 5. super matrimonio iusto per Procuratorem, die 23. Ianuarij 1590 inter Ecclesiastissimum D. Antoninum Aluarez de Toledo Datum de Alua de A cala, quia eadem libertas, que regatur, tempore contractus matrimonii, regnante tempore quo Procurator constitutus ad illud contrahendum, & subinde si tunc non ad libitum consensus, vitiabitur ipsa Procuratoris confirmatio, ac perinde vitiabitur matrimonium eius virtute contrahendum, quoniam qualitas metus quæ à principio adfuit, dicitur durare.

5. Aduerte tamen quod si parentes cogent filios ad matrimonium ineundum, non incurretur in excommunicationem latam in Concil. Tridentino sect. 24. cap. 9. de matrim. Ita Villalobos in finem. tom. 1. tract. 13. diff. 38. num. 4. qui citat Sanchez & Henriquez. Et tandem nota quod matrimonium esse validum, si iudec cogat iuste matrimonium contrahere, secundum allegata & approbatam tamen secundum rem, ut si cogat aliquem contrahere cum fæmina post promissionem datam fornicante. Ita Sanchez de matrimoniis lib. 4. diff. 14. num. 8. Sed ego magis probabiliter puto in tali casu matrimonium non esse validum. Ita Basilius Pontius de matrimoniis lib. 4. cap. 19. num. 11.

## RESOL. CXLII.

*An impotens cum impotencia perpetua, & cognita posse inire matrimonium in ordine ad casu viuationis?*

Ex part. 4. tract. 4. & Msc. Ref. 75.

§. 1. Hic casus potest frequenter accidere, & negotiū sententiam tenet Valentini tom. 4. diff. 10. quest. 5. punt. 3. Henriquez lib. 12. cap. 8. n. 2. Tolos. lib. 7. cap. 2. num. 21. & alij , quos citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. I. lib. 7. diff. 9. num. 2. quibus ego addo Hurtadum de matrim. diff. 22. diff. 4. num. 10. Propositum in addit. at 2. pert. quest. 7. de impedim. dub. 19. num. 166. Tannerum tom. 4. disput. 8. quest. 4. dub. 8. num. 156. Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 11. Et ratiō desumitur ex natura huius contractus, de causis intrinsecis ratione est traditio potestatis ad vium & copulam matrimoniale , cuius immutatio non pendet ex arbitrio contrahentium vbi deest potentia ad rem aliquam , illic potestas eius rei alicui traditio potest.